25 Londinii rep. a. 1787 *in the Tenter-Ground in Goodmans-Fields, near the Minories* (MALC., SMITH), lapis longus dig. 15, altus 12. Servatur in museo societatis antiquariorum; equidem ibi non vidi. Litterae videntur esse bonae saeculi secundi.

D · M
FL · AGRIC̶LA · MIL ·
LEG · VI · VICT · V · AN·
XLII · D · X · ALBIA·
FAVSTINA · C̶NIVC̶
INC̶NPARABILI·
F · C

Malcolm Londinium redivivum 4 (1807) p. 450 (inde Britton *beauties* 10, 3 p. 123) cui dedit E. Robson; C. R. Smith collect. ant. 1 p. 141, *Roman London* p. 24, 4; A. Way *catal. of the collections of the soc. of antiq.* p. 10, qui de antiquitate subdubitat, iniuria.

---

26 Londinii rep. c. a. 1844 *at Pentonville (on the eastern side of Maiden-lane, Battle-bridge)*, fragmentum lapidis calcarei latum dig. 12; insertum erat ibi pavimento ante ianuam villae rusticae, sed ex urbe allatum esse affirmabant ei, qui repperit (PRICE). *Found near the presumed camp of Suetonius at Bransbury* ARCH. nescio unde. Servatur nunc in museo Britannico.

. . . . . .
. . . . *sat*
VRNI *no mil.*
LEG·XX *v. v.*
G·ACI *lius*
M *odestus*
heres fecit

Contuli. E. B. Price *gent. mag.* 18, 1842 p. 144; C. R. Smith collect. ant. 1, 1848 p. 139 tab. 48 A, *catalogue* p. 3, 8, *Roman London* p. 29, 10; Archer *vestiges of Roman London* (1851) n. 1.

3 in. punctum omiserunt Smith et Arch. Supplementa vv. 1—3 satis certa sunt.

---

27 Londinii rep. a. 1776 in *Church Lane, Whitechapel, towards Rosemary Lane* (GENT. MAG.). Servabatur a. 1784 *in the Old Bailey*; deinde periit.

D · M
IVL · VALIVS
MIL·LE*g*·XX·V·V
AN·XL·H·S·E
C·A · FLAVIO
ATTIO · HER

D(is) M(anibus). Iul(ius) Val[en]s, mil(es) le[g(ionis)] XX V(aleriae) v(ictricis), an(norum) XL, h(ic) s(itus) e(st). C(uram) a(gente) Flavio Attio her(ede)

T. H. W. et I. Langford *gent. mag.* 54, 1784 p. 485 et 672 tab. fig. 5 (inde R. Gough in schedis Oxon.; C. R. Smith collect. ant. 1 p. 135 tab. 46, 2, *Roman London* p. 23, 3 tab. 2, 2; Britton *beauties* 10, 3 p. 123; B. Poste *brit. researches* p. 341); Malcolm Lond. rediv. 4 p. 451.

2 VALIVS quod traditur in exemplo unico quod superest, fortasse corruptum est; potuit sane in lapide fuisse VALENS. 3 LEC traditur.

28 Londinii rep. a. 1806 *at Ludgate* pone *the London Coffee House*, una cum capite feminae ex lapide calcareo, fortasse Martinae. Est basis alta circiter ped. 4. Servari dicitur in museo municipali in *the Guildhall.*

D M
CL MARTI
NAE AN XIX
A N E N C L E
T V S
P R O V I N C
CONIVGI
PIENTISSIMAE
H · S · E

Malcolm Lond. rediv. 4 p. 381; *Gent. mag.* 76, 1806 vol. 2 p. 792; C. R. Smith collect. ant. 1, 1848 p. 131 tab. 45 (inde S. Y. Akermann *arch. ind.* p. 71), *Roman London* p. 23, 2 tab. 2, 3; W. H. Black Archaeologia 41, 1867 p. 46 et *proceed. of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1867 p. 453.

4—6 lege *Anencletus provinc(iae)*, i. e. servus.

---

29 Londinii rep. a. 1852 *at Tower Hill*; cippus altus p. 6 dig. 4, latus p. 2 dig. 6. Servatur in museo Britannico, cui dedit eodem anno quo repertus est W. I. Hall. Titulum antiquiorem subesse ratus est Smith, ego nihil tale observavi. Apparet autem v. 5 alio tempore, sed non multo post, esse additum. Litterae sunt evanidae, saeculi fere secundi.

rosa
A · ALFID · PoMP
OLVSSA · EXTES
TAMENTO · HER·
PoS·ANNOR·LXX
NA ATIENI
H · S · EST
sertum

A. Alfid(ius) Pomp(tina) Olussa. Ex testamento her(es) pos(uit). Annor(um) LXX [na(tus?) Atheni(s)?] h(ic) s(itus) e(st).

Descripsi. C. R. Smith *Roman London* p. 27, 8 tab. 3, 1.

2 O·IVSSA, 5 NA AELFNI Smith. Fortasse in lapide erat ATHENIS.

Tribus Pomptina solet quidem ita POM notari, sed cum heredis nomen non raro omittatur, Olussa cognomen defuncti barbarum esse credo.

V. 5 de navi aut navarcho vix cogitandum est; nationis vero nomen incertum, ALPINI in re praesenti conieci, sed non probavi. *Natus Athenis* coniecit Mommsen.

30 Londinii rep. a. 1852 *at Tower Hill* (ETCH. CL.), *behind Trinity House Square* (FRANKS). Servatur in museo Britannico. Litterae sunt grandes et optimae saeculi secundi ineuntis.

D Ī S
*m*A N I B V S
-. *f.* AB · ALPINI · CLASSICIANI

Contuli. *Antiquarian Etching Club* 4 tab. 47; A. W. Franks *archaeol. journ.* 9, 1853 p. 4; A. H. Burkitt *assoc. journ.* 8, 1853 p. 241; C. R. Smith *Roman London* p. 28, 9 tab. 3, 2.

Smith de Iulio Classiciano procuratore Neronis (Tacitus ann. 14, 38) ait cogitari posse non sine probabilitate: quod non eget refutatione. Cognomen duplex ad Domitiani Traianive tempora ducit.

---

31 Londinii rep. paucis ante a. 1848 annis in vetere urbis muro *near Finsbury Circus (Moorfields)*; servabatur a. 1859 in bibliotheca *in the Guildhall.* Litterae similes sunt tituli n. 25

D M
GRATA DAGO
BITI·FIL·AN XL
SOLINVS C̶N
IVGI KAR F C

C. R. Smith *gent. mag.* 8, 1837 p. 361, *archaeol. journ.* 1, 1846 ed. II p. 115, collect. ant. 1 p. 134 tab. 46, 1, *Roman London* p. 26, 6 tab. 2, 1.

---

32 Londinii rep. a. 1777 in fundamentis, quae in arce *Tower* fiebant *for the Ordnance office.* Lapis utrimque integer est, altus p. 2 dig. 8, latus p. 2 dig. 4. Videtur periisse.

D Ī S
M A NB
T·LICINI
A S C A N
VS·F

Dis Manib(us) T(erentii) Licini Ascanius f(ecit)?

Ier. Milles Archaeologia 5, 1779 p. 304; T. P. *gent. mag.* 55, 1785 p. 332 tab. fig. 2 (p. 512 perperam adnotatur titulum hunc falsum esse; est hoc potius referendum ad n. 1* *gent. mag.* 54, 1784 p. 403 cf. 55, 1786 p. 680); C. R. Smith collect. ant. 1 p. 140, *Roman London* p. 25, 5.

---

33 Londinii rep. a. 1869 *in the churchyard of Westminster Abbey*, ab ipsa ecclesia versus septentriones. Sarcophagus lapideus est, longus ped. 7, altus ped. 2 dig. $4^1/_2$; coperculum saec. XII, ut videtur, cruce insculpta insignitum est, ut canonici puto alicuius sepultura fieret. Litterae sunt optimae saeculi puto secundi. Destinatus est museo Britannico.

MEMORIAE · VALER · AMAN
DINI · VALERI · SVPERVEN
TOR·ET·MARCELLVS·PATRI·FECER

Imaginem photographicam miserunt Aug. Franks et Alb. Way; unde descripsi. *Archaeol. journ.* 27, 1870 p. 103; *assoc. journ.* 26, 1870 p. 76.

1 VALER potest in lapide fuisse; excidit enim lapidis particula iuxta R litterae apicem.

Eiusdem generis, sed aetatis fortasse aliquanto inferioris, sarcophagus repertus est a. 1853 in *Haydon Square, Minories* (cf. C. R. Smith *archaeol. journ.* 11, 1854 p. 25, collect. ant. 3 p. 45 tab. 13, *Roman London* p. 45 tab. 4). Servatur ille nunc in museo Britannico.